

aut, cùm superiora fuerint lateritia,
 nostrum à scientiarum Augustis redditur marmo-
 reum.

Decrepitum est?

Senili igitur experiētiâ & judiciô præditum.

At quid Decrepitum?

Naturam hodie effœtam esse vetulam,
 foedum vetularum commentum est.

Illius vigor, cum Sole, semper idem.

Stultus, ut Luna mutatur.

Circulo nititur æternitatis;

cum quo continuum in orbem vertitur,
 nec invertitur.

Seculum hoc cuncta quidem secula
 tempore sequitur & ordine,

at non *Inventorum* felicitate.

Hâc omnia vel æquat, vel superat.

Sic noctem Dies sequitur; Sol nubila.

Quicquid in antecedentibus genii ac ingenii,
 capacitatis & sagacitatis,

id omne nostrum hoc complectitur,
 velut quidam Epilogus;

ac dum nova quotidiè *Inventa* parit,
 foecundum & facundum futurorum est Exordium.

De